

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

12. Gloriam humanam ijs dari sæpe, quibus alia merces, in altera vita, non manet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

bas, sed trophya rectè factorum erigas, que & in presenti vita nomen tibi conseruant, & in futura vita immortalem tibi requiem comparant. Si sis memoria cupidus, ego te doceo viam veram & apertissimam: virtutus curam gere. Nihil enim facit nomen adeo immortale, ut natura virtutis. Id ostendunt Martyres, ostendunt Apostolorum reliquia, ostendit memoria eorum, qui recte & ex virtute vixerunt. Quot Reges ubi cuenterunt, portas extruxerunt, & nominibus suis inscriptis deciserunt, nec tamen eis quicquam profuit, sed silentio & obliuioni mandauit? Piscator autem Petrus, qui nibil fecit eorum, quoniam virtutem est prosecutus, & ciuitatem maxime regiam occupauit, etiam post mortem resplendet Sole clarius. Quod tu autem facis, est ridiculum, & plenum ignominia. Hac enim monimenta, non solum non teclarum reddent, sed etiam facient ridiculum, & ora omnium aperient. Edificia enim non sinunt tuam auaritiam, qua obliuioni tradi poterat, temporis excusu extingui, & stant veluti columna & trophya eretta ad versus auaritiam. Sunt enim ex aliena pecunia, è pupillorum censu, è decimis Ecclesiæ subductis, è defraudati amici aerario, è furtis, è rapinis extorta. Hæc omnia in memoriam reuocabunt, qui post hac palatum à te extructum intuebuntur.

XII. Quod de ædificijs dixit Chrysostomus, dici potest & de picturis, de cimelijs, de anaglyphis, immo de omnibus rebus pulchris laudemque humanam merentibus, vt & de præclarè gestis, si propter plausum vanumque honorem facta sunt. Quemadmodum enim nulla laus est, esse vanum, ita, apud Christianè prudentes, quicumque illa vel fecerunt, vel gesserunt ad inanes glorias ceptandas, censentur non præconium, sed vituperium meruisse. Sed ante Christi doctrinam, velut lumen, mundo illatam, cum Ethnici meliorem virtutis vel laboris laude humana mercedem ignorarent, ad honores tantopere aspirauerunt. Quibus ergo m<sup>er</sup>at Deus daturna vitam aeternam, ait S. Augustinus, cum sanctu Angelis suis, in ciuitate sua cœlesti, ad cuius societatem pietas vera perducit, qua non exhibet seruitutem religionis, quam latram Graci vocant, nisi uni vero Deo, si neque hanc eis terrenam gloriam excellentissimi Imperij concederet, non redderetur merces bonis artibus eorum, id est virtutibus, quibus ad tantam gloriam peruenire nitebantur. De talibus enim, qui propter hoc boni aliquid facere videntur, ut glorificantur ab homini,

S. Augustin.  
lib. 5. de ci-  
uit. c. 15.

bus, etiam Dominus ait: *Amen dico vobis, percepserunt mercedem suam.*  
*Sic & iſi priuatas res ſuas pro re communi, hoc eſt, republiſca, & pro-*  
*eius arario contempſerunt, auaritia refiterunt, conſuluerunt patrie*  
*conſilio libero: neque delicto ſecundum ſuas leges, neque libidini obnoxij:*  
*hiſ omnibus artibus tamquam vera via niſi ſunt ad honores, imperium,*  
*gloriam: honorati ſunt in omnibus ferè gentibus: imperij ſui leges impo-*  
*ſuerunt multis gentibus: hodieq; litteris & hiftoria glorioſi ſunt pane in*  
*omnibus gentibus. Non eſt quod de ſummi & veri Dei iuſtitia conque-*  
*rantur: percepſerunt mercedem ſuam. Merces autem sanctorum longe Ibid. cap. 16.*  
*alia eſt etiam hic opprobria ſuſtinentium pro ciuitate Dei, que mundi*  
*hiuia dilectoribus odioſa eſt. Illa ciuitas ſempiterna. Ubi nullus oritur,*  
*quia nullus moritur. Ubi eſt vera & plena felicitas, non dea, ſed donum*  
*Dei. Inde fidei pignus accipimus quamdiu peregrinantes eius pulchritu-*  
*dini ſuſpiramus. Ibi non erit ſol ſuper bonos & malos, ſed ſol iuſtitie ſo-*  
*los protegit bonos. Ibi non erit magna induſtria ditare ararium publi-*  
*cum priuatis rebus anguſtis, ubi theſaurus communis eſt veritatis. Pro-*  
*inde non ſolum ut talis merces talibus hominibus redderetur, Romanum*  
*Imperium ad humanam gloriam dilatum eſt, verūm etiam ut ciues eter-*  
*ne illius ciuitatis, quam diu hic peregrinantur, diligenter & ſobrie illa*  
*intueantur exempla, & videant, quanta dilectio debeatur ſuperna pa-*  
*tria propter vitam eternam, ſi tantum à ſuis ciuibus terrena dilecta eſt*  
*propter hominum gloriam. Atque hoc præcipuum eſt argumentum,*  
*ob quod omnes honorati merito metuere debent, ne hic recipiant*  
*mercedem ſuam; cùm & Gentibus Deus honores terrenos contu-*  
*lerit in mercedem, quibus non erat datus vitam aeternam. Enimue-*  
*rò, quoſi eſcumque aliiquid feliciter ſuccedit, prouide mentis ho-*  
*mo formidat, ne per huius vitae felicitatem, aeternam amittat fe-*  
*licitatem, dicaturque illi aliquando, recepiſti mercedem tuam. Vi-*  
*deant igitur, qui propter opera ſua laudari cupiunt, quam*  
*mercedem cupiant, quam omit-*  
*tant.*

